

*Prope Viterbo in aquaeductu rep., est Viterbi (XI 5003<sup>a</sup> vidit Bormann; particula alterius exempli est XI 5003<sup>b</sup>). — 1) Fortasse idem est IX 948; inter maiores eius videtur fuisse Q. Valerius Vegetus consul suffectus a. p. Chr. 92. — 2) Cf. N. 1002. 1047. — 3) Oratio videtur paullum turbata. — 4) Aquae Passaris memorantur in tabula Peutingeriana, ut extantes ad viam Cassiam, IX mil. a Foro Cassi; item a Martiale 6, 42, 6. Formam aquaeductus, qualis esse potuit, adumbravit Lancianius le acque p. 579. — 5) Supra scripta, — 6) Sic Borm., Avilli legerat Nissen. — 7) Nomen mirum. Cf. N. 5770. — 8) Latarii Nissen, Latialis priores. — 9) Scr. Ferentiensis. Via dicta ab oppido Ferentio, quod memorant Tac. hist. 2, 50 aliique; cf. supra N. 2542. 5015. — 10) Senatus consulto.*

**5772** C. Oppius Verus, L. Turpilius | Priscus f., IIIvir. i. d. | aquam caelestem dilabentem montibus collectam interciso aggere | per formam cur.<sup>1</sup> sua factam in piscinis repurgatis longo tempore censantibus p. p.<sup>2</sup> perduxerunt | et pe..... (Hinc illinc, litteris maioribus) ex — s. c. Corae (X 6326 Mommsen vidit partem). — 1) Cura. — 2) Pecunia publica.

**5773** T. Statius P. f. Marr., | T. Ammaus P. f. Nerva, | C. Caedius T. f. Pansa | aed.<sup>1</sup>, ex p. d.<sup>2</sup> aquam | saliendam c.<sup>3</sup>

*Secenari prope Castelvecchio, ubi fuit Superaequum Paetignorum, litteris vetustis (IX 3312 vidit Dressel). — 1) Nota tres aediles pagi. — 2) Pagi decreto. — 3) Curaverunt.*

**5774** L. Faberius C. f. Pom. Murena | augur, IIIvir, aed., | aqua quae fluebat ex lacu conlegit et salientem in lacu<sup>1</sup> redegit, | d. s. p. f. c.

*Antea ad S. Felice Circeo, ubi fuerunt Circeii, est Terracinae (X 6428 vidit Mommsen). — 1) Fortasse lacum (duobus postremis litteris contignatis).*

**5775** M. M. Lartieni Sabini pater | et filius, quinquennales, aquam | in fanum sua impensa perduxerunt, salientes quadrifaria suo loco restituerunt, canales vetustate corruptos et dissupatos restituerunt, fistulas omnes et sigilla ahenea posuerunt, tecta refecerunt; omnia sua impensa fecerunt.

*In Aequiculis loco dicto S. Pietro di Colle rosso, deinde Fiamignani (IX 4450 vidit Dressel).*

**5776** Mercurio Aug. sac. | pro salute imp. Caes. M. Aurelli Severi Ale[andri] Pii Felicis Aug. p. m., p. p., trib. pot. XII<sup>1</sup>, | procos., et Iuliae Mameae Aug., matris Aug. | et senat. et pat., tot. q. domus divinae eorum | Q. Cervius<sup>2</sup> L. f. Lucretius Maximus et C. Geminus | C. f. Victoricus aediles s. p. f. et ob dedicationem | epulum decurionibus et missilia populo | dederunt et fistula plumbea cum epitonio<sup>3</sup> | aereo ad labrum lapideum aqua u[er]o saliret | aequa sua pecunia curaverunt. | L. d. d. d.

*Henchir Khamissa prope Bir Mscherga, ubi fuit municipium Giufitanum Africæ (Bulletin du comité des travaux hist. 1895 p. 203, cf. Revue de phil. 1894 p. 174 Cagnat vidit ectypum). — 1) A. 253. — 2) Idem nomen eodem fere loco, VIII 861*